

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM  
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis  
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea  
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

**Lichtenberger, Johannes**

**Köln, 1526**

Capvt tricesimvmsecvndvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)



## CAPVT TRICESIMVMSECVDVM.



**D**ico q̄ in patria Scorpionis subiecta nascet propheta, prius tamen portentis quibusdā, ac ostentis nonnullis & prodigijs in aere uisis. Verum qua in mundi parte septentrione scilicet an meridie, tam uariæ sunt doctissimorū hoīm tanq̄ discrepantes auctorum sententiæ, ut recte sibi inuicem contrariæ uideantur esse. Albumazar aquatica signa meridionalē terræ plagam ostentare censet. Communī tamē auctorum sententiā septentrionalē significant. Quicq̄d

L iij

PROGNOSTICVM IOANNIS

tamen sit, Messahala teste, gignetur in regione actiuis qualitatibus temperata, in qua quieta aeris moderatio, caloris & frigoris mixta temperie cunctos incolas salubri uegetatione sustentat. Emigrabit idem propheta propriam patriam, & signa faciet in regionibus Leo ni atq; Aquario subiectis. Nam Albumazare teste, manifestabit miracula sua in regionibus quarto aspectu significatis. id quoq; omnium auctorum firmatum est consensu, quod et illud saluatoris nostri attestari uideatur. nullus propheta acceptus in patria propria. Verū, quia coniunctio ista in ascendente anni atq; in signo fixo perficiet, non nisi post complementū reuolutionis unius proiectionis natiuitas hæc præclara expectanda erit. dico itaq; q̄ circa annum decimū nonum à coniunctione prima lucis huius mundi uestigia propheta ingredietur. Tempus uero prædicationis eius durabit decem & non ueni annos iuxta annos solis minores. De habitu & uestibus eius si Albumazarē sequi uelimus, ad rubedinem & splendore erunt tententes, ex Marte in decima & Sole eius domino iudicatione sumpta. Verum illos imitando, qui coniunctionis figuram attendendam censent ex loue, Luna, & capite draconis significatione accepta, erūt uestes eius ad albedinem religiosorum more decliues, non uamq; religionem instituet.

MONACHVS IN ALBA CVCVLLA,  
& diabolus in scapulis eius, retro  
habens leripipium longū  
ad terram cum  
amplis etiam brachijs, habens  
discipulum secum  
stantem.



## CAPVT TRICESIMVM TERTIVM

**S**igna eius quibus cognoscetur, hæc sunt et erunt. notulas nigras in corpore habebit, & fuscis uarietatibus aut maculis in dextro hypocondrio, igne & fœmore. dedecoratũ corpus habebit, ex parte fortunæ in dextro cæli, atq; in decima ab horoscopo collocatur, uerum ascendente utri usq; effœminatione, erunt ad posteriorem corporis partem magis declinantes, aliud quoque in pectore signum præferet, ex signi parte in sexto Leonis gradu